

CAPUT XI  
pharmaceuticum aggreditur  
fontem.

**H**ic pro diversitate causarum & circumstantiarum diversis nos instruit medicamentis. Inter ea alia (1.) copiosum laticem evacuant aut vitiosum corrigunt. (2.) quædam crassitiem laticis attenuando & incidendo subtilisant (3.) nec non vitiatum fermentum stomachi sanguinisq; acorem rectificant, moderatè temperant, atque dulcificant.

Hoc optimè perficient medicamenta tam interna, quam externa.

*Interna* cum primis erunt purgantia anticatarrhalia, diaphoretica & diuretica, Ole præprimis volatili abundantia. De singulis jam in specie.

*Hæc* in catarrhis locum inveniunt, quando illi sunt contumaces, aut ex stomachi vitio oriuntur, aut corpus existit impurum, imò ubi contumacius malum ad vomitoria pergit *Riverius in praxi obs. cent. 2. obs. 90.* Deinde in catarrhis sæpius recurrentibus cum primis in senibus aut similibus semper antè purgationem prius succinata aut ex spermate eeti & myrrhâ præparata medicamenta usurpanda, tunc lenia purgantia locum habebunt optimè.

Præ reliquis autem primum ferè obtinent locum M'. de succino Cratonis. Hinc tale formamus purgans, ℞ M'. de Succin. Craton. ℥j. extract. helèn. vel absinth. ℥ss. scammon. ꝯat. gr. ij. resinæ gialapæ gr. 4. l. ʒ. in catarrho acri. Si crassus fuerit catarrhus, tunc add. extract. trochiscor. alhandal. gr. ij. c. s. q. ʒ. succin. f. pilulæ. Gialapâ ordinariâ dosi ad ℥j utitur *Riverius* cum ʒ. d. ad gr. XX. rad. jalap. gr. 8. l. X. *cent. 3. Obs. 28. 48. 46.* in catarrho spisso colocinthis ipsi in usu est, quæ per ∇ fol. ☿ aut per ☉ ☿ volatile corrigitur. Optimè etiam convenit *resina succi Peruani* flavi purgantis *gummi Gotte* communiter dicti à gr. vj. ad X. Specificum  
pur-